



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

5. Super quibus compromitti possit vel non.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

Iente cum eis in unam sententiam convenire; ut
sic absentia illius, praesentiâ repletâ divinâ, cum
faciat reputari pro praesente, d.c. 2. Secus consti-
tutum in tribus judicibus simpliciter delegatis,
quia majori maturitate datur, d.c. 2. *Eibi Gloss.*
¶ D.o.

§. V.

Super quibus compromitti possit, vel
non.

1. Non potest compromitti super causâ matrimonii.
2. Non super rebus spiritualibus.
3. Non ab exemptionis in prejudicium exemptionis.

C ompromitti in arbitros potest super
qualibet causa. Canonibus aut legibus
non prohibita, ne super ea compromittatur.
In primis igitur, sicut non potest transfigi in
causa matrimonii, ita nec compromitti, e. 5x
parte ult. sup. De transact. ob magnum animæ
periculum, quod in ea causa veritur.

2. Secundum, non potest compromitti super
translatione Episcopi, vel aliis rebus spirituali-
bus, veluti beneficis Ecclesiasticis, nisi id fi-
at auctoritate superioris, cap. Ex parte 10. b. t. ne
viriosus ad beneficia, quæ non nisi Canonice
institutione acquiri possunt, detur ingressus.

3. Tertiò, exempti & immediate subjecti
summo Pontifici, absque ejus auctoritate seu
licentia compromittere nequeunt, in prejudicium
exemptionis, cap. Cum tempore 5. hoc tit.
quid vergere in prejudicium ejusdem Pon-
tificis, cuius potius agitur jus, quod sibi in ex-
emptos reservavit, quam ipsorum exemptioni
rum. Deinde etiam jure civili non potest fieri
compromissum in arbitros, ubi agitur causa
libertatis, quia, ut inquit Paulus J.C. a. l. Non
distinguimus 32. §. De liberali 7. D. eod. favor
libertatis est, ut maiores judices habere debeat:
arqui causa exemptionis magna affinitatem
habere videretur cum causa libertatis, d. cap. Cum
tempore, in verbis, contra libertatem ipsius Mo-
nasterii, & in verbis, prærogativi vel indulgentiis
libertatis.

An verò Prælatus Ecclesiæ possit compro-
mittenre super rebus Ecclesiæ, & an tale com-
promissum transeat ad successorem, vide remis-
sive apud Marantam, p. 4. Distinct. 14. & Mar-
cum Antonium De compromissis q. 4. in V. Res pre-
bitalia alienari.

§. VI.

De effectu compromissi & sententiae Ar-
bitrorum.

1. Pendente arbitris coram judge agi non potest
parte invita.
2. Arbitri à suscepto semel arbitrio resilire non pos-
sunt.
3. Sententia arbitrorum standum est.
4. Neque ab ea appellatur.

A rbitri potestas omnis ex ipso compromis-
so dependet. Non ergo quodlibet statuere
arbiter poterit, nec in qualibet, nisi de qua
compromissum est, & quatenus compromissura
est, i. Non distinguimus 32. §. de officio 15. D. h. tit.
1. Semelq; in arbitrios facto compromissu
potest, pendente arbitrio, causa amplius coram
Judge discuti altero invito; & agere volens,
exceptione pendentis arbitrii repellitur, i. Si quis
rem 30. D. eod.

2. Quod si verò ipsi arbitri, semel electi &
suscepto arbitrio, postea causam cognoscere &
definire detrectent, potest Judge eos cogere; quia
liberum quidem est ab initio arbitrium recipere,
cum hæc res sit libera & soluta, & extra necessi-
tatem iurisdictionis posita, sed ubi semel receptū
fuerit arbitrium, iam officium susceptum arbitri
implete tenentur, & ab hoc cogi à Judge pos-
sunt, quia ad Judicem spectat, studere, ut lites fi-
niantur, nec decipi eo oportet, qui aliquem,
quasi virum bonum deceptatorem inter se ele-
gerint, i. Labeo 3. §. 1. amersi D. eod.

3. Quantum ad sententiam attinet arbitro-
rum, cum illi ex mutuo consensu partium ad-
sumantur, hodie standum est arbitrio, si ex-
quum sit sive iniquum, e. i. c. Persuas e. Exposita
h. t. sibi que partes impudent necessitè est, quod
in talen vel tales compromiserint, i. Diem pro-
ferre 27. §. stari D. eod 1. Societatem §. fin. D. pro-
socio. Eriure Codicis sive ex Constitutionibus
Impp. dixi antea competere actionem & ex-
ceptionem ex sententia arbitri, expresso aut
tacito decem dierum consensu à litigatoribus
semel approbata, i. 4. l. penult. Cod. eodem.
Nisi forte arbitri formam compromissi excesser-
int, cap. Cum dilectus hoc tit. aut sordibus vel
gratiâ ducti sententiam tulerint, i. ita de-
minim D. eod. aut non observato iudicii or-
dine

Q. 2